





ORDINIS IVRIDICI

IN

1784 6

ACADEMIA VITEBERGENSI

H. T. PRO-DECANVS

D. GEORGIVS STEPHANVS

W I E S A N D

PROFESSOR DIGESTI INFORTIATI ET NOVI ORDINARIUS

CURIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ELECTORALIS

SCABINATUS ET FACULTATIS IVRIDICAE

A S S E S S O R

LECTORI BENEVOLO

SALVTEM.

ORDINIS IURIDICI

IN

ACADEMIA VITERBIENSIS

PRO TITLO DECANUS

D. GEORGII STEPANAES

WIESAND

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER

LECTORI HINTOLODO

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER

PROFESSOR PIGESTI INSTITUTI ET MUS ORDINARIA

CURIE PROVINCIALIS CONSISTORII SPECTATORI

SCHOLASTICAE ET LECTORIATI LIBER



**H**abet dominium varia commoda, quae et iucunda sunt, et fructuosa. Iucundum est in rebus administrandis et fruendis suo vti arbitrio et naturalem libertatem sic ostendere, vt vbiuis dominum facile agnoscas. Vtile vero est omnes, quos vel natura producit, vel instituta ciuilia et pactiones tribuunt, fructus ita, vti vitae necessitas et commoditas postulat, percipere. Sed hic diligenter erit cauendum, ne quis domino vel vagam in rebus suis grassandi licentiam permittat, vel e contrario eius iura odiosis restrictionibus nimis minuat. Ipsa salus publica hanc legem imperat omnibus, vt bonis suis, vti societati humanae expedit, vtantur. Improbanda igitur erit turpis audacia, quae communii vtilitati parum amica, dominio in aliorum perniciem abutitur. Si vero cancellis nimis angustis jus proprietarii circumscribis, omnem propemodum fructum dominii eidem admis. Quae cum ita sint, vehemen-

A 2

ter



ter laudanda est iuris Romani sapientia, quod quidem, ut ex  
l. 21. C. mand. vel contr. intelligitur, domino facultatem de re-  
bus propriis pro lubitu statuendi concedit, sed tamen eiusdem  
quoque libertatem interdum prudenter restringit. Sic olim  
lege Iulia marito alienatione fundi dotalis interdictum haec-  
que prohibitio postea latius fuit extensa. Prooem. I. quib. alie-  
nar. lii et. L. vn. §. 15. C. de rei vxor. ad. Dominorum iura quo-  
que saepius in testamentis, vel etiam paclis arctius circumseri-  
bi, satis constat. L. vlt. C. de reb. alien. non alienand. Inprimis  
vero hoc pertinent praediorum seruitutes, quae libertatem  
naturalem maxime coercent et quae efficiunt, ut quis in utili-  
tatem vicini, aliquid pati, vel non facere teneatur. Seruitu-  
tes in faciendo consistere non posse, ideo credidere veteres,  
quia seruire et facere inter se essent contraria. L. 15. D. de ser-  
uitut. Cum vero praedia, si naturam spectas, a seruitute sint  
libera, nemo sibi in fundo alieno, nisi dominus expresse, vel  
saltim tacite consenserit, seruitutem arrogare debet. L. 2. D.  
de ag. et ag. plau. arc. L. 4. C. de seruitut. et ag. Occurrit tamen  
in iure ciuili seruitus necessaria, de qua in praesenti, oppor-  
tuna scribendi occasione oblata, breuiter sum expositurus.

Ea seruitus est necessaria, quae ex necessitate constituitur.  
Haec vero necessitas tunc obtingit, si vel lis aliter finiri non  
possit, vel, si quis alias nullum prorsus ex re sua capere queat  
commodum. Non igitur hic respicimus ad eum, qui seruitutis  
onus subit, quasi ea seruitus sit necessaria, ad quam patientiam  
quis obstringitur. Etenim seruitus semel recte constituta, li-  
cet non a caussa necessaria fuerit orta, sed fortasse utilitatis ma-  
ioris caussa, libera pacientium voluntate introducta, necesse  
tatem iuris continet. Si quis igitur in hoc sensu seruitutem  
necessariam sumeret, omne discrimin inter seruitutem nec-  
essariam et voluntariam tolleret. Si communem regulam con-  
sideras, statuendum omnino est, seruitutem consensum domini

pra-

praedii seruientis ideo exigere, quia ei inuitio libertas naturalis  
 non est eripienda. Prouoco hic ad auctoritatem Vlpiani, qui  
 in l. 13. §. 1. D. commun. praid. hanc sententiam tradit: *si con-  
 flet, in tuo agro lapidicinas esse, inuitio te, nec priuato, nec publico  
 nomine, quisquam lapidem caedere potest, cui id faciendi ius non est,  
 nisi talis consuetudo in illis lapidicinis constat, vt, si quis voluerit ex  
 his caedere, non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solitum pro hoc  
 domino praeferat: ita tamen lapides caedere debet, postquam satisfaciat  
 domino, ut neque usus necessarii lapidis intercludatur, neque commodi-  
 tas rei domino admatur.* Est vero origo seruitutis necessariae ex  
 fontibus aequitatis naturalis deriuanda. Homo homini nasci-  
 tur, nec quis tantum propria commoda curare, aliena vero  
 negligere debet. Quodsi igitur rebus tuis aliter frui nequeas,  
 quam si alter aliquid incommodi sine suo damno sustineat, ipsa  
 aequitas postulat, vt quis hocce incommodum, vnde alteri  
 insigne commodium nascitur, subeat. Ita dudum philosophati  
 fuere celebres duuumiri, Grotius de iur. bell. et pac. Libr.  
 2. cap. 2., 11. et Pufendorfius de iur. natur. et gent. Libr. 2. cap.  
 6. §. 8. Ipsa igitur utilitas publica, ad quam optimus quisque  
 suas actiones dirigere solet, a regula antea proposita interdum  
 recedere iubet. Sed iam diuersa seruitutis necessariae genera  
 propius contemplemur. Ac primo quidem hic in mentem ve-  
 niunt iudicia diuisoria, in quibus iudicii permisum est vni pro-  
 prietatem, alteri vero usumfructum adiudicare. L. 6. §. 1. D.  
 de usfr. L. 22. §. 3. D. famil. ercise. Hoc ius inde est repeten-  
 dum, quod alio modo difficiles et intricatae lites commodius  
 finiri et dirimi nequeant. Sed, id in aliis iudiciis haud obti-  
 nere, recte obseruauit Noodtius in *Commentar. ad Tit. D. com-  
 mun. praeior.* Confer eundem de usfruct. Libr. 2. cap. 3. Sci-  
 licet iudicis potestas non est tam ampla, vt alicui inuitio ius  
 suum auferre eique onus molestum, nisi leges ei hanc facultate  
 diserte concedant, imponere queat. Per sententiam iudi-  
 cis



cis non debere seruitutem constitui, sed, quae est, declarari, Vlpianus in l. 8. §. 4. D. si seruit. vindic. perspicue praecipit. Deinde hoc iure Romano referendum est ius itineris et viae ad sepultra in alieno praedio sita. Venditores plerumque in praediis venditis iter ad sepultra, quae ibi habuere, in contractu venditionis, vel in pacto adiecto, reseruare sibi fuerunt soliti. Ita Pomponius in l. 5. D. de sepulcr. violat: utimur eo iure, ut dominis fundorum, in quibus sepultra fecerint, etiam post venditos fundos, adeundorum sepulcrorum sit ius. Legibus namque praediorum vendendorum cauetur, ut ad sepultra, quae in fundis sunt, iter eius, aditus, ambitus faciendi ius sit. Locus religiosus quidem commercio humano erat exemptus et ad emtorem non transibat. L. 72. §. 1. D. de contrah. emt. Sed aliud dicendum est de itinere ad sepulcrum, quod sibi quis in fundo alieno afferere non potuisset, nisi legibus hoc fuisset concessum. Averanius interpretat. iur. Libr. 1. cap. 30. putat, olim duntaxat iter, non vero actum ad sepultra fuisse constitutum. Nec me fugit, eum morem apud Romanos obtinuisse, ut funera lecticis et sandapilis efferrentur hocque officium dominis a seruis manumissis, vel etiam a proximis heredibus praestaretur, vti copiosius monstrauit Kirchmaerus de funerib. Romanor. Libr. 2. cap. 8 seq. Sed, cum via latius pateat itinere eademque sit pompa funebri excipienda longe aptior, non est dubium, quin etiam interdum via ad hunc finem commodius obtinendum, fuerit constituta. Fauore vero religionis iter necessario ad sepultra erant praestandum. Dabatur olim remedium extraordinarium ad istud impetrandum, atque iudex dominum praedii vi compellere poterat, vt illud pro iusto pretio permitteret, modo locum satiis opportunum eligeret. Iuuat hic proponere sententiam Vlpiani, quae in proem. l. 12. D. de religios. et sumptib. funer. his verbis exhibetur: si quis sepulcrum habeat, viam autem ad sepulcrum non habeat et a vicino ire prohibeat, Imperator Antoninus cum patre rescripsit,

restripfit, iter ad sepulcrum peti precario et concidi solere: ut, quotiens  
 non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat, non  
 tamen hoc rescriptum, quod imprestandi dat facultatem, etiam actionem  
 ciuilem inducit, sed extra ordinem interpelletur. Praeses etiam com-  
 pellere debet, iusto pretio iter ei praefari, ita tamen, ut iudex etiam de  
 opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.  
 Adeatur quoque Schultingius ad Pauli sentent. recept. Libr. 1.  
 Tit. 21, 7. in iurisprud. Ante-Iustinian. p. 263. seq. Sed haec  
 seruitutis necessariae species hodie, cum cadauera defunctorum  
 in coemeteriis humentur, haud amplius obtinet. Itaque sine  
 villa mora ad aliam seruitutem, quam ipsa necessitas inuitis  
 vicinis imponit, progredior, cuius quidem sedes est in l. 14. §. 1.  
 D. quemadm. seruitut. amitt. vbi Iauolenus haec habet: cum via  
 publica vel fluminis impetu, vel ruina amissa est, vicinus proximus vi-  
 am praefare debet. Iureconsultus hic eam proponit speciem,  
 vbi casu fortuito via publica, qua quis antea est vsus et qua ne-  
 cessario indiget, fuit sublata, veluti, si vi fluminis ablata, vel  
 ab ipso flumine, quod alueum mutauit, occupata, vel terrae  
 motu, chasmate aut alio modo fuerit peremta. Licet vero  
 tantum casus fortuiti, qui sine dolo et culpa eius, qui via ante  
 ea usus est, accidit, mentionem faciat: haec tamen lex ob exi-  
 miam, quae ex ea elucet, aequitatem, adeo placet interpreti-  
 bus, ut eadem ad omnia praedia, ad quae non aliter quam  
 per fundos vicinos patet aditus, applicare soleant. His quo-  
 que se aggregavit Voetius, qui in Commentar. ad Pandect. Libr.  
 8. Tit. 3. §. 4. statuit, hodie, cum necessitas postulet, implor-  
 ato extra ordinem iudicis officio, vicinum cogi posse, ut, iu-  
 sto pretio accepto, vel ius viae plenum constituat, vel saltim  
 viam precario concedat. Ut vero hanc sententiam magis con-  
 firmet, prouocat ad l. 41. prooem. D. de seruitut. praed. urban.  
 porro ad l. 22. §. 3. D. famil. ercif. et ad l. 44. §. vlt. D. de legat.  
 1. Sed omnes haec leges Vœtio parum prosunt, cum duae po-  
 sterio-

steriores ad caussam nihil faciant, l. 41. D. de seruitut. praed. ver.  
vero praesumita testatoris voluntate nitatur. Praesumitur testa-  
tor voluisse, vt res, quae ad heredem venit, eidem vsum  
quem ipse testator percepit, praefest. Sed nihilo secius hodie  
Iauoleni sententia ob communem utilitatem, in foro est recepta,  
id quod viri pragmatici, Struuius in *Exercitat. ad Pandect.* Libr.  
4. Tit. 4. §. 29. Mencke in *System. iur. civil.* secundum Pandect.  
Liber. 8. Tit. 1. §. 3. Berger in *Oeconom. iur.* Libr. 2. Tit. 3. §. 5,  
7 et Leyserus *Specim.* 468. *Meditat.* 25. satis confirmant simul-  
que Iureconsultos Lipsienses, Vitembergenses et Helmstadien-  
ses eandem in iudicando fuisse secutos, testantur. Vicus  
vero tunc, si quis praedium habeat ita circumdataum et circum-  
clusum, vt ad illud, non nisi per fundos vicinorum accedere  
possit, iter, actum vel viam concedere debet. Exigitur tunc  
vera necessitas, cum sola commoditas, fortassis, cum via per  
fundum vicini est brevior magisque plana et iucunda, ad onus  
seruitutis vicino inuito imponendum, haud sufficiat. Si alia  
quidem via suppetat, ea vero noui nisi cum periculo et non,  
nisi cum summa difficultate, transiri possit, omnino caussa hu-  
ius seruitutis constituendae adest satis idonea. Iudex vero im-  
ploratus hanc seruitutem constituit et vicino, vt iter, vel viam  
per sua praedia alteri permittat, iniungit. Poteſt ſimul locus,  
vbi haec seruitus eſt exercenda, a iudice affignari. L. 1. §. 1.  
et 3. D. de seruitut. praedior. rusticor. et, vt hoc fiat, omnino  
ſuadendum, quia ſic lites alias facile oriturae cauebuntur.  
Consule Schilteri *Exercit. ad Pandect.* 18, 28. Cui seruitus eſt  
ſimpliciter confeſſa, is quidem, vti Cuiacius ad l. 9. D. de ser-  
uitut. monuit, habet electionem, per quam partem fundi ire  
velit. Sed lex modo adducta perſpicue praecepit, eum iure  
ſuo vti debere humaniter et ita, vt fundus seruiens quam mi-  
nimo detrimento afficiatur. Hinc, si agri ſunt frugibus conſi-  
ti, non per medias fruges tranſire poteſt. Nihil vero intereſt,

huc

siue praedium seruiens in agris et pratis, siue in vineis, hortis  
 et siluis consistit. Ex iis quoque, quae supra fuere tradita, lu-  
 culenter appetat, seruienti damnum, quod inde patitur, esse  
 resarcendum. Hinc ei certum pretium, quod ab oeconomis,  
 vel etiam a iudice definiri solet, est ab eo, qui hanc seruitu-  
 tem exercet, praestandum. Formulam, qua sententia in ad-  
 iudicanda seruitute necessaria vulgo concipitur, suppeditat  
 Hommelius in *promptuar. iur. Bertoch.* sub verb. *seruit. necessar.*  
 Ceterum haec seruitus necessaria non est confundenda cum ea,  
 quam ipsa natura facit, quae ideo recte naturalis dicitur. Sci-  
 licet praedium inferius superiori natura seruit atque aquam ex  
 eo venientem excipere cogitur. L. 1. §. 2. D. *de aq. et aq. plu.*  
 Duarenus in *Commentar. ad D. Libr. 8. Tit. 1.* In foro hodie  
 hanc seruitutem adhuc attendi, docet Hornius *Class. 6. 4.*  
 Quo vero ea, quae de seruitute viae necessaria attuli, magis  
 illustrentur, iam iuuat breuiter commemorare controversiam,  
 quae de hoc argumento coram regimine Franckenhusano per  
 aliquot annos, iam fuit agitata. Instituta fuit actio negatoria  
 aduersus vicinum, qui sibi viam per agros vicinos asterebat.  
 Reus opponebat exceptionem seruitutis necessariae atque,  
 vt hanc exceptionem probaret, ei iniungebatur. Probationem  
 feliciter absolviebat atque necessitatem eundi et vehendi per  
 praedium atricis satis clare ostendebat. Sequebatur sententia,  
 qua usus viae reo per agrum vicini, quando is frugibus est va-  
 cuus, concedebatur. Reus leuterationem interponebat atque  
 docebat, se ex hac sententia nihil utilitatis esse percepturum,  
 quia non temere suspicaretur, atricem in posterum agro sic  
 esse usuram, vt nullo umquam tempore sit frugibus vacuus. Iu-  
 uae lites euitarentur, priorem sententiam nuper ita correxerunt:  
 Nunmehr aus denen Acten und derer Partheyen rechtlichen Einbrin-  
 gen so viel zu befinden, daß Klägerin Beklagten nicht nur zu der Zeit,



da ihr in der Klage erwähntes ein und ein halb Acker Land am  
 Wilsungsleber Wege, unbestellt und von Früchten ledig ist, sondern  
 auch zu der Zeit, wenn dasselbe mit Früchten bestellt ist, die Ueber-  
 fahrt zu und von gedachten ihren Lande zu Mist und Endte fahren  
 und zwar auf einem dieserwegen Getreitswegen über sohnes Land  
 Beklagten anzuseinden Wege, für dessen Gebrauch Beklagter  
 Klägerin ein billiges Entschädigungs-Quantum, so ebenfalls Ge-  
 richtswegen festzusetzen, zu entrichten verbunden, zu gestalten  
 schuldig. Adiunximus rationes dubitandi et decidendi. Bre-  
 uitatis caussa tantum posteriores adiicio, quae ita fuerunt con-  
 cepta: Dennoch aber und dieweil die von Beklagten gethan Er-  
 klärung fol. 8. Volum. I. keinesweges vergestalt, daß Beklagter  
 daher zu der Zeit, wenn der Klägerin Land besät oder bestellt,  
 darüber nicht fahren wolle, anzunehmen, immassen er sonst, wenn  
 die Klägerin ihr Land beständig mit Sommer- oder Winter-Früch-  
 ten begatten und besonders das Sommerungs- Recht ausüben  
 würde, da er von und zu seinem Felde anders nicht, als über der  
 Klägerin Land sub A fahren kann, sein Land gar nicht würde nu-  
 hen können, und, daß Beklagter von und zu seinem Lande die  
 Fahrt allerdings über nur gedachtes der Klägerin zugehöriges Land  
 nehmen müsse, um so weniger zu bezweifeln steht, da aus demje-  
 nigen, was Test. probator 1, 2, 3 und 4 ad Articul. probator.  
 31. Interrogator. spec. 1 und 6, auch 7 ausgesaget, deutlich er-  
 hellt, daß der Raumreim sub O und N steil und schmahl, zum Fahren  
 aber nicht brauchbar sey, auch ad Articul. 32. Interrogator.  
 spec. 1. daß er sehr abhängig sey und die zum Fahren erforderliche  
 Breite nicht habe, bekräftiger, dieses auch Klägerin Gegen- Be-  
 weis-Zugen ad Articul. reprobator. 27. Interrog. spec. 2; ver-  
 sichert, und, daß auch die Fahrt sub M jeso nicht mehr brauchbar  
 sey, Test. reprobator. 1, 3 und 4 ad Articul reprobator. 6. Interrogator sp. 1. fol. 297<sup>b</sup> sq. deponiret, immassen Test. 3, daß  
 er darauf umgeworfen, bekennet, eingleiches auch Test. 4. fol. 268<sup>b</sup>  
 gesetz

gestehet, und, daß unter dem Ufer N, vor dem Weißgerberischen Lande sub I, von vielen Jahren her, ein Graben vorgezogen gewesen und dadurch der Weg zu der Fahrt M jederzeit verwehret worden, aus denen Aussagen fol. 306, ingleichen aus demjenigen, was Test. probator. 3. ad Articul. probator. 52 sq. ausgesaget, sich ergiebet, auf dasjenige hingegen, was die im Possessorio abgehördte Zeugen für Klägerin befällig deponiret, allhier in Petitorio nicht Rücksicht genommen werden mag, und auf alle Fälle, wenn auch Beklagter, wie doch nicht zu behaupten steht, über den Stein sub O und N, durch die Fahrt sub M, von und zu seinen Lande fahren könnte, dieses doch ebenfalls anders nicht, als daß er die Fahrt über die darunter gelegene Grundstücke I und K nehmen müßte, geschehen könnte, und folglich, da sein Land mit andern Grundstücken umgeben und umschlossen ist, er aber sein Land anderer Gestalt nicht, als wenn er über andere Grundstücke die Zu- und Absfahrt nimmt, nutzen kann; der über der Klägerin Land gehende Weg aber für ihn der leichteste und bequemste ist und hier allerdings eine Nothwendigkeit selbigen zu gebrauchen vorhanden, Klägerin Beklagten die Ab- und Zufahrt von seinen Lande über das in der Klage angegebene Land zwar zu gestatten schuldig,

L. 14. §. 1. D. quemadmod. seruitur. amittunt. jedoch, da Klägerin hiedurch allerdings einigen Schaden leidet und beyden Theilen dadurch, daß ein besonderer Weg hierzu Gerichts wegen angewiesen wird, am besten gerathen, auch dadurch künftigen Streitigkeiten vorgebeugt wird, Beklagter Klägerin eine billige Verguthung desjenigen Schadens, welcher Klägerin durch den ihm überlassenen Weg verursacht wird, zu erstatte sich nicht entbrechen mag,

Berger. in Oeconom. iur. Libr. 2. Tit. 3. §. 5. not. 7.  
im übrigen die gebethene Besichtigung, da aus denen Zeugen Aussagen die Lage und Beschaffenheit derer Grundstücke, welche an Beklagtens Feldern liegen und daran grenzen, deutlich erscheinet, seltige



lige auch zum Theil aus denen fol. 91. und fol. 132 ad Acta ge-  
brachten Dissen hinlänglich abzunehmen, weiter nicht nöthig ic.

Sed haec sufficient. Iam enim proprius accedo ad Virum  
praeclarissimum atque doctissimum, Carolum Augustum Chri-  
stianum Vlichium, qui nuper honestis precibus sibi summos  
in utroque iure honores ab Ordine nostro expetit. De vita  
studiisque suis ipse ita exponit:

**E**go CAROLVS AVGVSTVS CHRISTIANVS VLICHIVS, anno  
huius saeculi quinquagesimo nono, honestis Viteberg. natus sum parentibus,  
patre quidem IOANNE FRIDERICO, circuli Electoralis colligendis  
censibus praefecto et ciuitatis huius consule, matre autem CHRISTIANA  
SALOME, e gente WOLFIA, quae feliciter adhuc sua matre gaudet,  
senectute felicissima non minus, quam meritis de suis omnibus admodum  
venerabili. Hos parentes meos me adhuc viuos venerari posse, vehe-  
menter laetor, eosque ob singularia in me collata beneficia semper  
summa pietate culturus sum. Nihil certe magis in votis habeo, quam,  
ut Deus ter O. M. eisdem sua semper tueatur prouidentia, et quam diu-  
tissime conseruet incolumes. His enim parentibus optimis, salutis  
meae auditoribus, peracta sub eorum auspiciis aetate tenera, non modo  
id curae cordique fuit, ut in iis, quae ad Deum rite colendum perti-  
nent, recte instituerer, verum etiam, ut iis imbuuerer disciplinis, quae  
ad altiora humanae vitae studia adspiranti viam muniunt. Tradiebar  
autem primo huius urbis scholae magistris, in quibus mihi SCHÜTZII  
potissimum, tunc temporis Courendoris, nunc vero Ruthenei, quod Ge-

rae

rae floret, Directoris longe spectatissimi, industria utilissima fuit. Deinde, quo felicius augerentur prima in bonarum litterarum studiis facta initia, anno LXXXIII. in scholam provincialem Portensem ablegatus fui, ubi **KLV GII** praesertim, sacrorum Diaconi, iam Afrani coetus Pastoris perquam venerandi, curam expertus sum prorsus eximiam. Accidit autem praeter spem, ut diurnus morbus non impediret modo, quo minus optata prospere procederent, verum me ipsum quoque sua pertinacia compelleret, ut breui post, anno LXXV. in urbem patriam reuerterer. Sanauit tamen has rerum calamitates temporumque difficultates diuina prouidentia, oblata mihi per LOCHMANNVM, Viterum praestantissimum, Salfeldensis scholae olim Rectorem, iam vero Vitebergae commorantem, occasione, cum in litteris proficiendi, tum una cum ipso, ad rite obeundum in Gymnasio, quod Coburgi floret, munus praeceptoris Viteberga euocato, Illustrem hanc litterarum sedem petendi eiusque commodis fruendi iucundissime. Expertus ibi sum Doctores insignes per triennium, quos lubens fateor, qualemque meam in bonis litteris cognitionem liberaliter auxisse, quorumque in me merita etiamnum prosequor memorin grata. Quum vero apud animum statuerem sedem istam musarum relinquere, et ab aliis quoque dignus iudicarer qui Academiam cum schola commutare possem, anno LXXVII. Vitebergam reuersus, a Viro Illustri, D. WIESANDIO, tunc Rectore Academiae Magnifico, facta nominis professione, in studiosorum numerum receptus sum. Contigerat quippe mihi adhuc puero, ut singulari



gulari benevolentia *Viri Excellentissimi ac Experientissimi*, *D. BOEH-*  
*MERI*, cum eo tempore fasces Academiae teneret, cuius Academitus  
crearer. Hac autem in alma litterarum sede, cum prae reliquis di-  
sciplinis philosophia digna videretur, quae coniungeretur cum iuris pe-  
ritiae studio, mirum in modum cupiditate Philosophorum praecepta  
audiendi inflammatus sum. Patuit quoque mihi ad eorum auditoria  
frequens aditus, licuitque mihi omnes philosophiae partes percurrere,  
et fructuosa virorum sapientissimorum institutione frui. *Vsus autem*  
*sum doctoribus b. SCHMIDIO, et S. R. REINHARDO in Logicis*  
*et Metaphysitis, Excell. TITIO in Physicis, Excell. SCHROECKHIO*  
*in rebus historicis totam Germaniam et in primis patriam spectantibus,*  
*denique b. BODENO in antiquis Romanorum ritibus et legibus XII.*  
*Tabularum explicandis. Praesertim vero HILLERVIS, Philosophus*  
*longe celeberrimus, mihi laudandus est, qui, vt me adhuc puerum ar-  
tibus ac scientiis bene imbuerebat, ita et in Academia non modo omnem*  
*philosophiae ambitum, duce ERNESTIO, solide mihi planissimeque*  
*exposuit, eoque meam qualisunque in hac arte scientiam egregie ad-  
iuuit, sed addidit quoque suae in me benevolentiae documentum hoc, vt,*  
*absoluto cursu academico, anno huius saeculi LXXXIII. me non indi-  
gnum iudicaret, in quem summos conserret in sapientiae studio honores.*  
*His scientiis ac disciplinis Philosophorum imbutus, proprius accessi ad*  
*ICtorum praelectiones, id praecipue agens, vt mihi eam in iure notitiam*  
*conciliarem, quae ad facultatem perducit aliorum causas in foro orandi.*

Quod

Quod ut consequerer, virorum Illustrium ac Iurisconsultissimorum prae-  
 sectiones frequentauit, b. CHLADENII in ius Canonicum et Publicum,  
 b. KRAVSSII in ius Criminale et Processum, Illustris PAVII in ius Pa-  
 blicum, et artem referendi ex actis iudicialibus, Ill. FISCHERI in pro-  
 cessum, Ill. WIESANDII in Institutiones iuris civilis Romani, Ger-  
 manici et Saxonici, nec non in Ius Naturae, atque Ill. REINHARDI  
 in ius Criminale et Feudale. Virorum autem Excellentissimorum ac  
 Iurisconsultissimorum KLVEGELII et HOMMELII tanta sunt in me  
 merita, vt ex horum institutione me uberrimos fructus percepisse, laeta  
 mente profitear. Hic enim non modo vniuersitatis iuris ambitum pro ordi-  
 ne pandectarum, item doctrinam de actionibus forensibus, et iuris ec-  
 clesiastici Protestantium principia sollerter mihi exposuit; verum et  
 priuatas mihi scholas aperuit, examinatorias potissimum mihi utilissi-  
 mas. Ille primo quidem historiam iuris, ius Cambiale, artem leges  
 interpretandi ac Processum iudicarii publice me docuit; deinde vero  
 praecpta, in commemorandis iis, quae acta iudicialia complectun-  
 tur, obseruanda fideliter mihi tradidit, denique in disputando me ita  
 exercuit, vt anno LXXXI. sub eius praesidio, disputationem de BONA  
 FIDE IN VSCAPIONE ET PRAESCRIPCTIONE NECESSARIA,  
 a me ipso scriptam, defendere nullus dubitarem. Sed restant duo viri  
 auii, in grati animi significationem a me commemorandi, Vir Ampli-  
 simus et Iurisconsultissimus KLVEGELIVS, et Vir S. V. DRESDIVS,  
 unicae sororis meae maritus, quorum ille ab aliquo tempore, hic vero  
 per totam meam vitam academicam egregius consilius, curis studiisque  
 me measque res ita adiuuerunt, vt infinita sint, quae illis debeam, ni-  
 hilque



*hilque potius optauerim, quam ut in posterum quoque mihi faveare per-*  
*gant. Peracta autem vita academica, nihil superesse iudicauai, nisi ut*  
*Ill. ICtorum ordini aliqualem redderem studiorum meorum rationem,*  
*quo consilio tentamini laudati ordinis publico me subieci, ab eoque im-*  
*petaui, ut anno LXXXIII. et Notarius crearer, et numero Candida-*  
*torum iuris adscriberer. Elapso postea modico temporis intervallo, de-*  
*novo Illustrem adii ICtorum ordinem, eumque decenter imploraui, ut*  
*ad examen secundum, quod rigorosum dicunt, admitterer. Quibus*  
*precibus annuit Ill. ordo, facta mihi facultate illud subeundi. Iam*  
*indulgentie eodem Ill. ordine, summos in utroque iure honores obtinere*  
*cupio, quae res ut feliciter cedat, vehementer opto.*

Noster vero Candidatus in utroque, quod subiit, examine  
 ne ad quaestiones propositas tam docte respondit, ut eum sum  
 mis in utroque iure honoribus dignissimum iudicauerimus.  
 Quibus rite consequendis aditum sibi patefacturus est, prope  
 diem disputationem inaugurem et quidem Serenissimi Electo  
 ris gratia, sine Praeside, de seruitute reali sive studio, sive incuria va  
 salli feudo contracta, in huius entorem transeunte, publice defensu  
 rus. Cui quidem solennitati diem proximum Louis destina  
 uimus. Hunc actum sollemnem, ut Rector academie Magni  
 ficus, grauissimi academie Proceres atque omnes diuinae et  
 humanae sapientiae Doctores, nec non generosissimi ac nobi  
 lissimi academie Ciues, honorifica praesentia ornare velint,  
 et Ordinis nostri et meo nomine ea, qua decet, obseruan  
 tia oro.

P. P. in ipso Trinitatis Festo. A. S. R. cIcIccLXXXIV.

---

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.

Wittenberg, Diss., 1783-85



f  
8.





ORDINIS IVRIDICI  
IN 1784 6  
ACADEMIA VITEBERGENSI  
H. T. PRO-DECANVS  
D. GEORGIVS STEPHANVS  
W I E S A N D  
PROFESSOR DIGESTI INFORTIATI ET NOVI ORDINARIUS  
CVRIAEC PROVINCIALIS CONSISTORII ELECTORALIS  
SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE  
ASSESSOR  
LECTORI BENEVOLO  
SALVTEM.